bonis priuare clam non dormitabat: Sed cōpel-
labat quoscūq;: atq; instabat ut faterentur quid
sentirent de eo in medium afferrent. si bene iri-
debat: si male mecum sentitis asseuerabat postre
mum cum amplius non posse crimina suæ perfi
diæ ocultare. ex ueteranis cōdiscipulis quosdā
sub ornauit. ac inflāmauit: ut eū desererent maio

ra promittens quo᷑ ope fretus ad nugas:quas fundit & eructat.cõtinue prouectus est: Sed quã ta isania laboret hic trico ex scriptis nostris :aut Rolandini quando libuerit animaduertere pote rit.M.T. Nec colligendi tot errores.quos cõmit tit tum in legendo tum inscribendo cupido in cessit :quia magnus esset libellus componendus Sed tamen ad hoc accessit Rolandinus : ut Pal lauicino suo igenuo atq; Magnifico morem ge reret.ut cum peruenerit ad ætatem adultã . sciat uitare huius turpissimi. Lænonis deliramenta . quæ conatur in scriptis relinquere posteritati . Sed ad carmen conuertatur oratio & huius ue spæ aculcos:ac morsus ab austro asportari rel n quamus si enim respondere audebit.cum respõ dendi uires non habeat: sentiet Nautam . & re mos.iterum aut ad tartareos manes religabim⁹ interea hæc paucula Carmina in modum inue ctiuarum.M.T.legat.libellus uero:quem promi si ad lares tuos aduolabit.

Vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Defensio Pro Iulio Aemilio Viro Eruditissimo Et Amico in Ianum Parrhasium Fœdissimum Scarabeum & Vespam Aculeatam.


VR mirum montana petat: si Iulius olim.
Altis pierides montibus esse solent
En ubi laurigeri resplendent tempora phœbi
Illa magis? uel cum pectora nostra silent?
Quo prisci studium musarum dulce legebant?
Cum uellent aliquem tollere carminibus?
Amphion miro montana cacumina cantu.
Mulcebat rigidas nec minus ille feras:
Hæc loca cur damnas? lesisti iure disertos
Et merito in pænas non satis unus eris
Discedit (fateor) nec nos contemnet habendos
Ingenio quando dicta notanda dabit.
At tu cur patriæ nunq̃ uisurus abisti
Fines dic quæso crimina nulla uacant:
Extra fortunam non quærit tempora. nec sunt
Crimina : quæ fugiat : uiuere namq; licet
Nescit mercator summotos currere ad indos
Et triuiis quenquam rodere sæpe canis.
Omne solum forti patria est : sic iure poetis
Laudabis montes : si sapis ingenio :

Ad Eundem Responsio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13



Ro duce therſites bello ſi pugnet achille
Non timeat priami regia celſa ſenis
Coniuge contentus rapta menelaus adoret
Hectora uel paridem uel ſua ſigna ferat.
Turpius haud quicquam uindictæ ſigna ferēdi
Si latitet dubiæ tempore militiæ
Sed quoniã fortes pugnarũt pergama nũc ſunt
Diruta:therſites non habet ille locum.
Non tibi ſub docto lambenti cruſtula carmen
Miſi cui dederim:tam bene notus erat.
Ille igitur noto carmen conſcribere Nautæ
Debuerat nugis:tu magis aptus eras:
Erroni carmen quis doctus tradet habendum?
Vel uix ſi ſalue dixerit ille uale?
Vtq; magis perdam latrantem febre ueneno
Carmina non ſcribam candidiora niue

Ad Eundem Reſponſio



Adere pallentem nouit cyllenius echo
Et miſerum forti tundere fuſte caput.
Iccirco aflatu centenos ludere uerſus
Cogitur:& galbæ nomina poſſe pati
O qui priſca uirum nouiſtis ſidera palmis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Reddite celæsti tristia uerba sono.
Vel quæ prisca tulit nascenti Roma Quirino
Adsit ab auguriis poscitur omne nefas
Illa dies quando latrabas pessime gentis
Indicium de te redidit huic populo.
Tunc dixi nostro faueat fortuna labori
Nescio quo uento uenerit hic nebulo.
Sed postq̃ sciui patriæ sua.crimina gentis
Hic magis inficiet.garrulitate uiros.
Nunc frustra falsis implesti mænia bombis
Vt phæbi multis hæc mea dicta forent.
At tu quem fugias semper tua facta remordent
Et uiuis magnis non sine criminibus
Orbe nihil tutum sceleratis i fuge præsto
Ne tribus in lignis conspiciare foro.
Non semper dormit.latranti dextra tonantis
Nec semper pendet sentibus alba roso.
Vrbe deos uirtute colam :nec numina diuum
In me coniurant teste pudicitia.
Me iuuenes noscunt:me multæ deniq; matres
Turpibus in rebus falleris esse nihil
Obiciet nullus puerorum crimina:quæ tu.
Diceris amplecti:perfide carminibus.
Aede uirum qui me damnatis fræna dedisse
Inferat & fabio cædo cupidinibus:
Forsitan hæc sardus narrauit nota cicatrix.
Sardus in inuidia dira uenena ferit.
Quid mihi non desunt pro tanto crimine uires
Vel calamo musas poscere ad arma meo.
Hæc tibi latranti pariter mea carmina mitto
Vt fugias Nautam:ni miser esse cupis:

Ad Eundem Responsio



II melius pro qua pugna-
bitur urbe latina.
Quam pro doctarum ste-
mate pieridum.
Fortes bella gerunt ani-
moso pectore Nautae
Vt credam martem uince
re posse deum.
At docti musas uario cer-
tamine poscunt
Sunt illis quoniam munera laurigeri:
Hæc sunt militiæ nebulonum crimina uerae
Tangere pallentum carmine multa mero.
Hoc amat.hoc poscit redimitus tempora lauro:
Phœbus:nec tollit quod dedit ille semel.
Tu quod habes ructas:ueluti serpentis iniqui
Traxeris inde genus garrulitatis opus.
Aede miser carmen superatus carmina habebis
Otus nifallor:diceris & merito:
Ocnus prodigium:tum dignum sanguine Tauri
Dixeris in uersu pene timenda sono.
Quæris quod pueri non dum fecere tenelli
Cum discunt uersus scandere per numeros.
Certe iudicium laudabile tangere nomen
Græculus ut uenias turpiter arte tua.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

In ultium curris:cum musas linquis amæmas
Romanas:græcis desine uerba uiris.
Iccirco quæ cura boum:quæ iugera seruet
Aepolus:hæc melius scire foret patria.

Ad eundem responsio.



Arrule cur dormis numerum tibi surripit aedi
Ore lupus merito terga dabis numeris.
Garrule summe pedũ ueniũt per prata capellæ.
Ad stabulum ducas dira nouerca iubet.
Garrule iam uesper uillarum culmina cogit
Vt fumet lardo cæna uocat stolidum.
Non tibi musa.merum nec pané tradet habédũ
Imprõptu causa est terga.dabis numeris,
Garrule credebas damianum uincere cantu
Musarum nescis quo pede bella geret.
Garrule te miserum nimium fortuna redegit
Quod palles merito terga dabis numeris
Iulius in numeris partes defendet ouilis
Garrulus in laqueum colla dabit stolidus.
I nunc & gentis proauorum stemmata tollas
Pro sceptro torto iam tibi summe pedum.

Ad eundem responsio iambica.

CVR nũc miselle uertis ad siluas pedes
Solus?nec ullus hic homo ẽ præter lupos
Siluæ ferarum.dant tibi modo uiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Nusq̄ leonis est locus prope & tibi
Quare fugere nescis cito cito pede.
Ergo parabis te feris sæuis procul.
Domo:miser miser dabis pœnas mei
Erroris.ah caput propinquum male domo
Vbi reponis tot procul laribus meis
Scelera nec(ut cerno)diu diu uiris
Cælabis ergo nunc mihi aspirent dei
Detur tenebras ut uiæ lumen fugem
Siluane(quæso)carmen & mentis opus
Audi precantis & pater diuum uelit.
Mori semel uellem tamen domu magis
Sed nunc quid antro cerno uicino feris?
Caput laboris cur lates:forsan times
Ne te requiram quippe si luci uiam
Dabit deorum uel loci quisq̄ uenit
Huc:cum iuuat canibus sequi ceruos leues
Sed quis uenit?latebo non adest homo
Manus ligabo nunc caput uinclo & meo.
Quid hac?uiam nescio.doce precor bonam
Debebo semper cur meis hisce locis
Solus?tuis?meis aliquis ergo deus.
Siluanus.hei mihi modo dicam:feres?
Causam laboris & loci erroris mei
Duos mihi coniunx tulit natos mea
Genus paternæ prolis ast mala die.
Iunxi camænas dum tener sanguis fuit
Illis:& ætas.dextra doctori dedit
Númos:dei testes erunt mihi pii.
Sed quæ procella niger & uentus ratem
Tulerit in æquor rumpor attamen sequar
Illis diebus ex foro ad limen tendo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Domum siluros & cado uinum sumptum
Gerebam amico me uocat quidam tergo
Ferro:sinas parum loqui:doce tecta
Quibus parentur uina uel panes nummis
Cuias:satis pro nunc petere rodit uenter.
Eamus inquit.hic genus musæ docti
Docent?docent:possem meam?tantũ doctus.
Herum cupio:dabo ueni mecum Ciuem
Scias uir est clarus tenet centum seruos
Et.soluit hem bene est parem:nullum quæras
Venio pares habeo domi duos natos
Tibi docendos dabo petas nũmos mensis
Nihil.sat est locus mihi ciuis:quem tu.
Dabis:uidebis quid ferrent musæ nostræ.
Sed ecce ciuem:quem modo dixi.salue
Ad te camæna ludis?ad me cur uenit?
Natis & illis.qui domi ludunt aula.
Doctore qui nullo timent quenq̃ nostrum.
Bene est ualet?ualet.petite domum citi
Post:hunc labori duc:tenes?ueni mecum.
Hic mense diuus:post duos Sardanapallus.
Post tres in omnes dira sæuit libertas.
Erronis audis hæc?doce primas artes.
Virtus boni uiri fuit deos.
Lædere nec ore nisi iouis sacrum.
Corpus docebat esse cum ioco.
Negabat insuper deos coli.
Aliquos:parentes & mori cito
Natis uolebat:fuita non erant
Siquis Tonantis:uel sacræ suæ
Sponsæ tyaras manibus & pedum
Legisset ornatus opus ducis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Scortum canebat:plus mihi iuuat
Gaudia tenelli iuuenis aut latus.
Criminis iniqui teſtis eſſe laus
Hæc bona tulit ſecum uides datam
Perniciem amici:uideat omnis uir.
Hic finis aulæ?finis?o deos
Vnum ex meis dedit:quibus latet.
Hoc propter erro ſine ducis manu
Silua quid alter?male gerit dies
Menſes & horas quod caret patre
Naſo pariter ora & tument nimis
Cur hoc?negauit:quid:nates ei
Optime fauebo.ſed ſequere pedes.
I.hac:tibi grates eris dextra uia
Aquam ſequere:pontis locum procul parum.
Illic ceres:illic merum bibes :erit
Tu tecta donec urbis arcem uel iouis
Videas:quirini?non:ubi ſentis locum?
Medio iacet ianum tenet flumina duo.
Illuc ego cur nunc?docet mango:docet?
Curro:mane:morior.prius dictum cape.
Paſcit poeta doctus in doma ſua.
Videt poeta.doctus in domo ſua.
Fouet poeta.doctus in domo ſua:
Veſpam.ſed huius non notat morſus ſuos.
Verſus caninos ſcribit in domo ſua
Nautæ.ſed ille ridet & putat iocos
Nec curat:illi phœbus & chorus fauet
Pieridum & omnis ſilua parnaſi lyræ.
Reſpodet.ad fugam paret.paret modo.
Miſeros pedes:Nautæ domus uiuat diu
Vides camænas?ut aptent locis meis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Flores daturas carmen edenti salem
Vespas in urbe sed uale memor dei.
Cætera docebit Nauta sed petas domum.
Eius uale:grates cito curro pede.
Musimo latebras iam petas.
Vides ruinam tibi prope?
Manes quid urbe?nunc fuge
Miser:miser pænas dabis.
Adest:adest læsus mane
Pulsat quis hostium meum
Videas cito nepos modo.
Aduena.quid ille uult,petas
Loqui:ueniat ad tę deus.
Siluanus:hem?nescio deum
Nec uidi at huc cur tu uenis?
Quæro mihi quendam uirum
Quem dixit hic latere dux
Viæ : quis ille uir latet?
Ianus: biceps?mei lues
Porius :quid ille fecit?hem.
Nescis?teneo modo iocor.
Carmen uide uiri tui.
Quem quæris alget atq; olet
Cerțe puer melius facit
Fœtent grauius hirco meo.
Carminaq; iambas & tamen.
Furit:dies abit:uocat
Mistillus & nepos parat
Caenam .ueni:ueni sequar.
Rides?fugit miseros patres.
Quibus lupis natos suos
Dederint.mali multi locum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Tenent: boni uero nihil.
Quod carmen est istud tuum ?
Placet magis Iambus mihi.
Dabo: torum fessus petam
D ies adest: carmen tuli
Legas: placet phœbus mihi
Iussit domum petere cito
Quare ?. puer rediit : tibi
Grates. reuertar: tu genus.
Istud sequere: uespas petas.
Crebro: latebunt: nec legent
Donec tuos pedes meru
Quilibet adoret. iam uale.
Iacta paterni generis. & laudes tuas
Nunc urbe iam patet scelera carcer uocat
Quo pedor artus rodat. ah leuis leuis
Tippula. quid ex fædo feres morsu tuo?
Sinas bonos uti uiros. aura deum.
Riuis amænis : uallium pariter caput
Fumosum. & ultro summas tibi locum dolis
Quibus per urbes te mari terra lare
Pulsum reponis in fabii genere: pedum
Vti magis uelis: magis tagax abi
Dedecus abi: manes? abi in malam crucē.
Pieridum: & omnis luci. & aræ sic dei
Volunt facit forsan tibi uires loquax.
Animus: ut ohe ohe dicas nunc domum
Ferant camænæ quæso serta floribus
Falleris: adest laqueus tibi nunc pro rosis
Adest camillus te manibus urbi pius
Mittit ligatis. hæc mei uindex erit
Virtus. uel istud carmen excusum tibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Vellit quis aurem? phœbus. o mihi finas
Ludere satis: satis dabit pœnas miser.
Cædo tibi grates: quod hæc ratis freto
Venit tuo dono cito fœlix domum.

Ad Eundem responsio.


Ostq̃ cyrneis fauisti candide phœbe.
Iambis nunc iterum dirige nauis iter
Nec solitum spernas uariantis carmina plectrum
Auctoris quamuis ueneris ipse modo
Non mihi tã diuæ quatiunt mea pectora musæ
Te sine quod possim scribere plura reis.
Iccirco docti si numina adesse poetæ
Nunc dixi quæso parcite carminibus.
Sæpe meum carmen doctæ nouere sorores
Cum canerem laudes Cynthia pulchra tuas.
Nunc dulces cantus & mollia carmina linquã
Qui non senserunt schedia missa mari
In me uespa ruit: quam turbidus attulit auster.
Pessima: quæ tactu candida nigra facit
Nocte latet sed luce ferit quoscumq; ueneno
Et fugit & renouat podice tela suo.
Cursitet illa licet. non semper rætia cerui
Effugiunt: rodunt sæpius ossa canes.
Sed pudet inumeris uesparum radere sordes:
Cum soleant ueneris claudere furta pedes.
Cum surgunt uenti dissoluunt lintea malo
Nautæ cum non flant littora nota tenent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Sic miles positis nonnunq̄ cessat ab armis:
Et cum bella uocant preparat arma sibi.
Sic me uespa mouet rabidū distringere carmē
Inuida. cum nunq̄ talia: uerba dedi.
Traxerit unde genus referā: post crimina dicā
Omnibus ut constēt turpia facta uiri.
Ver erat: & tauri radiabat cornua Titan.
Et soror obliqua lampade iuncta simul.
Armentum stabulis curabant igne bubulci
Quos inter mater scorta nefanda dabat.
Tartareus custos tunc sedes liquerat atras.
Iam fessus cupiens se uegetare locis.
Ecce canis simulans se digna gente propinquū:
Hanc uocat. o. quæso iam salamandra ueni.
Surge cito pecudes uexat feritate lycaon:
Hunc nequeunt stabulis pellere (crede) canes.
Illa leuis credens quicquid narrauerat olli.
Surrexit caulas non reditura die.
Ille rapit: sed illa timet: tum pectora mulcet.
Hanc gerit ad nigri tristia regna dei.
Illic concepit monstrum latrabile quod nunc:
Omnes in doctos dira uenena serit.
Quid mirum genitoris habet turpissima proles:
Et genus & fædum dura per ossa caput.
Fons breuis in quadrū: qua centū cornua tauri
Posset si uellet summere quaq; die.
Præbuit hoc mul is uitium natura creatis:
Cum primum facta est machina clara rudis:
Huic aries crines nigros: nisi noueris illam
Contulit: ut nigris signa ferenda deis.
Hoc tantum firco distat fœdissima uespa.
Quod mento multa est barba relecta sinu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Hanc procul esse uoles si Nautæ credis amice.
Quæ nunq̃ parcit lædere doctiloquos.
Prodere non dubitat. quãuis tibi numina diuũ
Iuraret: uel per fulmina missa ioue
Quis modo uesparum fædantia iura theatri
Ferre potest: uespas perdite uos superi
Inter mangones diffundat pectore uires:
Vel cum iudæis cursitet iste canis.
Cur genus & patriam iactat: si nota cicatrix.
In generis nullum sit decus ordinibus.
Forsitan in titulis nigræ præconia gentis
Descendit: cæno ius habet orta suum.
Hoc solo tantum lætetur munere mentis:
Si genus ex nigris afferat in medium.
Et lactet triuijs: uel rodat cerberus ore.
Insontes postq̃ si nequit esse satur.
Nunc aliquis dicat cur uni sacta dederunt.
Tot mala cum cælum non ferat ista semel.
Sidera nascenti saturnus falce premebat.
Chelarum: stilbon tunc peregrinus erat.
Iuppiter opressus radijs solaribus. aulam
Liquerat & caudæ ceperat esse caput.
Cætera quadratis spectabant sidera tergus.
Ignibus & uirtus non erat ulla domo.
Hæc breuiter uespæ nascenti fata redegi.
Vt genus horrendum sit procul a laribus.
Horrida cur uiui dicatur uespa ueneni
Restat in obliquo ne uideare loco.
Hanc peperit mater postq̃ saciata recessit
Sedibus ex nigris credulitatis amens.
Gaudebat raptu: gaudebat semine mostri:
Hectora: uel paridem se paritura lare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Illa dies tandem pariendi mæsta cucurrit
Pro tantis nata est uespa canina uiris.
Ingemit hoc mater: tristantur iure bubulci
Auspicii uox est reddita certa loco
Desine mater ait: non hæc sine numine diuum
Fiunt. in uespa signa laboris erunt.
Hæc licet hectoreo non quasset tela lacerto:
Tempora. nec lauro cingat utraq; dei.
Arma dedit genitor (ne cures) arma trifaucis
Exercet quamuis sit modo parua nimis.
Garrula lingua sibi reparabit damna per urbes
Ingenio uirtus uiuere summa tenet.
Hæc dedit a noto surrexit mater ouili
Amplectens matri dulce leuamen eris.
Ex siluis labes doctos tentare camænas
Ausa est o superi maius in orbe nihil.
Hanc pecudes proprio saciabant sanguine donec:
Ad miseros ciues tenderet illa pedes.
Hic igitur solitis utitur per compita labris:
Vt uexet doctos uespa aliena uiros.
At bona pars hominū doctos ueneratꝰ & audit.
Nec lacerat siqua est mica relicta cibis.
Vsq; licet rodat: rodentes sæpe ueneno
Vel laqueis pereunt percutiente manu:
Sit curæ superis quicquid reparabile non est
Ad uespæ laudes docta thalia uocat
Regibus antiquis uiguit romana iuuentus
Sub septem totidem. nunc uiget illa suis.
Quilibet ornatos dederat tibi roma triumphos
Sed nesciuisti simplicitate frui.
Garrula uespa tenet quicquid sibi uēdicat ultro
O quantum ingenii nunc habet illa foro.

d

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Stēmate se exaltat.nec claro cædit homero.
Nec aliis quorum gloria summa tenet.
Si Nautæ musæ faueant nunc urbe latinæ
Inuidet:& rabie rumpitur illa magis.
Componit numeros:componit turpiter artem.
Qua possit nostros carpere uersiculos.
Tertia.pars damni sic temperat ora.querellis:
Sit leo sitq luxus nil dabit horridulo.
Vespula cum cristas setosas colligit:hanc tu
Qui seruis fugias ni miser esse uelis.
Quem diuum coluit:quem doctū uespa canina
Participem facti uel pietate boni.
Tulius ocretiæ quamuis a gente ueniret
Obscura:colles addidit imperio:
Vicinos domuit uicinos terruit infans:
Cum primum uisa est lābere flamma comas
Insuper ephesiæ cādenti marmore templum
Constituit:regum gloria quanta fuit.
Tanta est uespa suis longis torquata colubris.
Regibus:at sextum nunc colit illa magis
Non referam parui generis uirtute puellas.
Quas iussas uim uim sustulit e laribus.
In sanctas etiam uestales fulmine nerui
Corruit o superi turpius orbe nihil.
Hæc cum sæpe facit diuis sua carmina iactat
Quod dederint lumbis semina luxuriæ.
Atq deos culpat maturos carpere flores:
Et teneros mauult sic docet ingenuos.
Sed maiora canam uos omnes parcite docti.
Ne dicar ficti criminis esse reus
Dī superi testes & conscia numina recti
Sint precor:& uiui si modo uana loquor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Pectore signa crucis portabat uespa canina:
Hic fregit quando tam miser urbe foret.
Contempsit superos: contempsit signa tonantis
Contemnent illum sidera cuncta poli.
Insuper ad stygias miseros mandauit in urbe
Fraudibus(ut dicit)nec pietate duos.
Hæc nisi mangones.uel læno credat habenda.
At bene qui sentit rideat ille diu.
Verbera quot tardo stimulo:uel uimine asello
Rusticus immittit:tot tulit iste miser:
Amplius haud baculo:sed ferro ē hic laceráđus
Aut rolandini sentiat ille manus.
Nauta dabit carmen: uel remos:sume triūphos.
Ex dictis quæso:uespa canina tuis.
Sed cur plura cano:sunt hæc tua præmia laudi:
Vt pateat quicquid non ratione facis.
Gaude nunc igitur longis torquata colubris
Et septem reges sedula semper ama.
Sed satis in mores immisi fræna caballo
Nunc ad principium cogor adire tuum.
Dic mihi q̄s gerrhas nisi carmia digna cothur-
Legisti:gerrhas nūc tua musa:dedit (no
Talia sæpe dabo cum me tua pagina lædet
Cyrnæas doctas digna subire manus.
Quis te carminibus responsum reddere bōbis:
Impulit o quæso dic mihi uespa tuis.
Forsitan innumeris uoluisti sumere nomen.
Ah melius coruo non cecinisse foret.
Et nisi tunc quidam dixissent utere uelis
Nauta:tuis nugis.carmina nulla darem
Musis:& uento discedit Tulius olim
Fœlici:nigro uespa relicta manet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Pauperies uirtutis habet præconia quando:
In melius crescunt tempora cuiq; uiro.
Si montana petit non perdit quod dedit ante
Musa: magis crescit tam bona phama locis.
Roma ubi cæsarei ducetur pompa theatri,
Esse solet: siluis docta Thalia suis.
Illic ergo suas animoso pectore musas
Ille frequentabit: nec decus arripies
Tu procul a patria socii certamine nullo:
Diffundes tota toxica uespa die.
Quicquid narrabis folium recitare Sibyllæ
Diceris? donec manserit ille loco.
Venisti ad metam quo uento nescio: quare
Si dederis tergus causa ferere tui:
In triuiis melius fuerat docuisse catonem.
Aut aliquem paruis sensibus historicum.
Sæpe patres iuuenũ quos inclita mænia cingũt
Dicunt quam stulte uespa canina legit
Sed quia te uerbis defendis: decipis omnis.
Cur mirum sic nunc improba uespa legas?
Quod sudes dum musa tibi præcordia rodit.
Bina loci causa est ingeniosa tibi
Altera uel potius si sudas stricta relinquas,
Limina certamen mentula nulla parit
Si illinc te uellas dederis spectacula multis:
Vix credenda uiris: si lupus ora premat.
Marmora læduntur ueluti si turbidus auster
Rodat gymnasii pulpita docta tui.
Scilicet hæc quando conaris carmina uatum.
Ex clara in tenebras reddere luce meras:
Ad capras tibi regna magis diuertere macras:
Inficias quam nunc pulpita tanta uirum:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Desere gymnasium meliori sidere natis:
Vel repetas nigri regna paterna dei
Hæc loca cara magis: quoniã tibi tartara debẽt
Sint: doctus clara Iulius urbe legat.
Illic te inuoluas. & latres ore canino:
Quod das insonti criminis ultor erit.
Saltem socraticis dum uiuis fossa cinedis:
Vtere quesitis legibus ante tuis.
Nulla uacet uirtute domus: qua uespa quiescat.
Lorida sic purges pulpita clara loci
Sed puto: quod retro thybris per littora fluctus.
Diffundet quam sit libera Roma fuga.
Garrula lingua tibi sentes perfusa trisulcis
In nocuos uictus porrigit: & salebras.
Hisce bonis pulchrũ poteris retinere trophæũ'
Vesparum mater dira uenena dedit.
Iulius in patrios referat sua præmia mores
Nec tangant matris crimina prima lares.
Annos compleuit phama & uirtute marito
Si nescis causa est inuidiosa tibi
Detexit nodos poetarum: nube relicta:
Ne tibi latranti candida tincta forent.
Collige quid dederim: sed confer dicta camenæ
Qui tergus dederit Marsya uictus eat
Iulius in numero doctorum multa reponit.
Cui merito musæ: tum bona phama fauet.
Arma manu capiet: uibrando tela lacerto.
Cyrneum. credas si modo non uideas.
Pro telo quid uespa geret? præputia ducet.
Pro musa nugas: pro bonitate malum.
Deniq; quicquid erit: quod numia sancta deorũ.
Offendet: faciet uespa canina libens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Cũ mala tot dederit: nihil ẽ qđ querat habendũ
Expectet. poſt hæc fulmina miſa Ioue.
Tu Iuli facunde mihi concede roganti:
Deſine nunc ueſpæ tot mala dicta cruci
Non tibi cum Iano bellum tractare neceſſe eſt.
Si queris capiti laurea ſerta tuo.
Nauta dabit carmen: qui nouit uela carinæ.
Pandere cum feruent æquora bina ſuæ:
Exilium uertis nouerunt facta parentis
Externi magna labe notatus adeſt.
Dico quem credis nam neſis ſemina monſtri
Muſa tamen dixit ne tibi mira forent.
Fur erat. & magno: patriæ fediſſimus olim
Qui matris paſſus ſcorta nefanda dari:
Nec tibi ueſpa licet uitium uelare tuorum.
Omnia cum teneas crimina nota mihi
Tot tibi ſunt artes: quot piſces continet æquor
Sed male defendis. quod tibi mẽbra premit.
Qui mihi latrabant ii Iano uerba ferebant.
Gaudebas illis ſimplicitate malis.
O miſer ignoras quid poſſit Nauta camænis.
Vel remis: quando candida uela leget.
Spicula cum Nautæ cudebas. tunc tibi Ianus.
Priſcus debuerat lumina ferre tibi:
Neglexit (fateare precor) non eſſe nepotem
Sed monſtrum noſtro tempore tartareum.
Audes tam clari generis primordia nautæ.
Quærere? uel quæ ſint nomina clara patris.
Ignoras poſtq̃ referam: nec carmine longo.
Scribendo. dicam: ſi modo credideris:
Armiger in caſtris animus uirtute parentis:
Extitit: & nunc ſunt ſplendida facta locis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Sfortia Franciſcus nouit dum bella gerebat:
Non ideo ſpreuit comilitonis opus.
Inſuper auratum uidit romana iuuentus.
Fratrem:cuius opem ſæpe popoſcit amans:
Hic Ludouicus erat tota notiſſimus urbe.
Iure pater laribus contigit opetere
Sanguine Cyrnæo gaudebat:ſanguine Mater.
Ambo fœlicces.cum Ioue regna tenent.
Ad muſas teneris miſerunt: ne foret orba
Muſis clara domus quæ prius arma dabat.
Viuunt nunc pariter Cyrnæo ſanguine Nautæ.
Qui bello fulgent Marte fauente uiri.
Te mea progenies perdet niſi fugeris alis
Ferro uel uenias ad mea uota miſer
Nūc genus:& patriā poteris cognoſcere Nautæ
Ne pecces alias garrulitate tua.
Tu iactare potes ſcortorum ſcelera matris.
Et quod pro melli dira uenena feras
Hæc tibi Iane biceps latranti Carmina mitto
Paucula latranti non bene conueniunt.
Sic iaceant maledicta nouo perfecta libello.
Si cauſam dederis ſæpius arma feram.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

PRo Comite Alexandro. Elegia. Io. Da. Nautæ.



OST segetes ornant superis altaria donis
Agricolae & plenis condita uina cadis.
Serta quoq; intexunt uariis distincta nouelis
Floribus: ut deceant cuilibet illa deo.
Inde deae Cereri: uel baccho carmina dicunt
Atq; aliis: quorum numina sæpe uocant.
Hinc notis accessit honos & nomina fecit
Improba paupertas simplicitate prius
Castoris hinc nautæ: uel fratris sidera adorant.
Aequore cum pandunt carbasa plena notis.
Hinc Iouis & diuæ ueneratur summa potestas
Iunonis quando fulmina crebra cadunt.
Hinc Veneri qui furta parat suadere puellis.
Vota facit compos gaudia siqua ferat
Hinc Marti qui bella gerit promittit in armis
Munera si uictor militis hostis eat
Hinc doctus pariter phæbo sua carmina donat
Quod præter uersus nil habet ille suos
Hos ueterum mirata fuit: modo ferrea damnat
Aetas. in pretio est siquis abundat ope
Si uacat ingenio: uel musis forte disertus
Hunc laniant hominum uerba canina foro.
Hoc me sæpe petit genuino rustica proles
Et damnat uersus garrulitate meos.
Illa licet culpet non culpat docta thalia
Nec phæbus: cui sunt carmina grata lyræ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

His tua facta libens: & gentis stēmata tollam.
Exiguo quamuis carmine tanta petam
Sera tamen fateor laudes in carmina mitto
Crudelis casus distulit illa dies.
Distulit & matris fungendi fronte serena
O superi hoc læto quid mea uita ualet?
Crimine non igitur uideor si uera fateris
Taxandus si te deseruiq; lares.
Deserui mensas non cordis pignora cari
Iccirco nautæ parcere iure potes.
At postq̄ paulum sedata est corte querela
Musarum partem mittere cogit amor
Non me scribendi paupertas cogit auena.
Tam gracili.quamuis pauper in urbe uocer
Pauper erit qui non uirtuti parcit honestæ
Vel famæ linquens omnia iura boni
Hæc mea militia ē teneris quæsita sub annis
Hac precor haud alia contegat ossa lapis
Non didici castris Martem tentare superbum.
Pallados: aut telo frangere scuta uirum
Carmina sunt nūmi sunt doctis aurea tecta
Et uitæ dulcis pabula grata meæ
Messibus his uiuūt quos tollit Musa poetæ.
Exemplo æneas cum Ioue regna tenet.
Hæ sunt primitiæ uatū quas sæcula nulla
Corrodunt quāuis mors uiolenta petat.
Agricolæ superis exornent templa latinis
Et Cereri & baccho dulcia uina ferant.
At mihi cum mēti ueniunt tua numina phæbe.
Vel quatiant solita pectora nostra lyra.
Tunc precor ad carmē cōpellas: signa ferentem
Prosequitur miles: militiæq; caput.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Nunc opus est sacrum parnassi uisere fontis
Aonidum totum pieridumq; chorum
Sfortigenum modicis quis tollet stémata uerbis
Aut aequet numeris facta notanda suis.
Hic prius aequoreas discet quot uexet arenas
Littore Cyrnæo turbidus auster aquis
Folia uel blandi quot mittat tempore ueris
Vel perdant syluæ montibus arcadiæ.
Ergo nouis ceptis uenias mihi dexter Apollo
Nauiget atq; tuo nostra carina mari
Tu comes in primis lætabere sanguine claro
Quod dederint ortus fata secunda tibi
Tam patris & matris præfulget clara propago
Vt fatear laudes uix bene posse sequi
Roma tamen priscos & Martis mænia proles.
Laudat auos primum Cæsareumq; genus.
Materno parcit:quamuis sit carmine dignum
Attamen extolli gaudet utrumq; genus.
Sic mihi crescat opus scribendo facta parentũ
Vel matris quando talia cepta sequar.
Non decus obscurat proauorũ crimina matris
Nascentis uirtus quæritur ante uiri
Virtus sola facit generis primordia natis
Qualia Franciscus Sfortia clarus habet.
Iactat auos helene:uel cygni crimina mater.
Oua:nec incusat tam bona forma dei.
Nec uitiat Taurum phœnicum filia regis
Quo uecta est Creten pulchra puella boue.
Pasiphae nunq̃ iactabit semina Tauri
Excepisse dolo uacca reperta nouo.
Deniq; quas nouit Iunonis nocte maritus
Gaudent .nec tædet supposuisse latus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Qui tot monstra sua domuit uirtute per orbem
A.patre tam magno non piget esse deum.
Sic te non pudeat generatum a sanguine claro
Si dubitas laudes splendida facta probant
Quis locus italiæ tam claras nescit auorum
Virtutes animi corporis atq; simul
Post domitas gentes Franciscus Sfortia diuus
Aurea sæcla dedit:munera letitiæ
Hunc lõginqua manus pamabat siue ꝓpinqua
Quod belli & pacis.tunc foret ille caput.
Alter Cæsar erat cũctis dum uiueret ille
Diuitis excepta seditione uiri
Ah quantum damni passa est Ausonia nostra
Deseruit postq̃ regna recepta manu
Non uenetis tantum surgebant bella triũphis
Olim quod princeps causa timoris erat.
Quid mirum si nunc per terras & mare remos
Extendant:illis gloria militiæ est
Litibus arripiunt quicquid non ante tenebant:
Ergo causa boni lis numerosa sui est
Heu memini uatem miseram dixisse Cremonã.
Nunc uenetis armis semisepulta manet.
Huius causa mali discordia nostra uidetur.
Si patimur teli uulnera facta noui
Mauro deiecto perierunt castra latinis
Militibus nullo crimine dignus erat.
Sed cito restituent francorum rura Cremonæ
Regi qui fama cum Ioue regna tenent.
At sors cuncta regit nascenti fata negarunt
Vt quem pro fido perderet ille tulit.
Arcem deseruit munitam mænibus altis
Quã uix dextra Iouis frangeret ima petens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Si superi cælum liquissent.regna Tonantis
Ex terra geniti nunc fruerentur eo.
Ipse sed imprimis iaculatus fulmina sæuos
Terruit & nullis astra regenda dedit
Mars quoq; belligerãs pulchris fulgebat ĩ armis
Et pallas clypeo uertice nata Iouis
Hinc pariter sæui torquebant tela Gigantes.
Sperantes animo perdere cælicolas.
Tunc Iouis imperium magni sensere superbum
Et uicti astriferis terga dedere deis
Tartara tunc illos iussu rapuere Tonantis
Penderet ut penas criminis atra cohors.
Hinc ridenda diu docti cecinere poetæ
Scilicet ut nobis hæc documenta forent.
Admonet hæc igitur tanti iactura laboris
Et mauri exilium linquere parta minus.
Rara fides hodie reperitur.rarus Amicus
Promitat quamuis commodiora petet.
Quos bene tu nosti seruabis turbine mentis
Illi sint cari muneribusq; tuis
In patruos etiam:qui uiuunt frange minacem
Si dederit causam lingua trisulca tibi
Est Iacobus enim pulchris qui splendet ĩ armis
Et leo cum musis frater amandus adest
Hi tibi sint cordi qui iusta lance fideles
Semper erunt generi parcit ouile lupi
Post patruos franciscus erit tibi pres byter alti
Cõsilii:atq; fide carior & merito
Post hunc insignis Conagus bartholamæus
Accelerat Calami nobilitate sui
Hic genus antiquum:tũ mores pandit in omnes
Vt credant multi sanguinis esse numæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Hos genitricis habes seruãtes regna fideles
Et lectos(quæso)tu quoq; constituas:
Tempore quo Maurus iactatus regna reliquit.
His mater cupidas.depulit ense manus
Hac uirtute noua superat tibi facta tuorum
Quod tenuit castro non bene terga dari
Ingenio potuit fortunæ frangere telum
Quæ tunc italiæ bella crueta dabat.
Non mihi quas fudit Tiryntius ordine belli
Iactet in historiis græcia docta suis
Franciſchina nouo comitissa est digna libello.
Inter uiuentes uera pudica deas
Hanc si spectasset pro uero numine pastor
Dixisset paridi tam bona præda manet.
At tu spreuisses reginæ regna potenti
Quod iam nupta fores intemerata uiro
Quæ nata est casto raro deturpat ouili
Fœmina progeniem:mollia nec patitur
Edita sic arbor fæcunda ex stipite terra
Degenerat nunq̃ tempore poma suo
O cleophe mater quas laudes Nauta parabo
Ingenium obnubit copia tanta meum.
Tot tibi sunt nati:tot natæ:quilibet ad se.
Virgilium uatem posceret ad calamum
Ast ego:qui non dum pallentia labra caballi
Immersi fontis littora quid dedero.
Horum consilio permitto facta tuorum
Narrari docta cum meliore lyra
Sat mihi si dedero pro cunctis plura nepoti
Interdum ut noscat si colo progeniem.
Ergo patris habess :tũ matris carmĩe digna
Stẽmata:quæ iactes pauca relicta uiris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Matris adest mater cum natis te colit ultro.
Nil nisi sed musas postulat illa tibi
Harum si fructus neglexeris ardua fiet
Quæ uheat ad summum gloria militiæ
Non minus hac Cæsar gaudebat tempore belli
Quam cum cristatus bella timenda daret.
Dumq; igitur blandis maternis fungeris annis
Has habeas comites si comes esse uelis
Hunc te qui doceat conduxit mater honesta
Nec parcit nummis dum modo corde legas.
Est modo perdoctus præceptor nomie Marcus.
Ante ego qui fueram multa notanda dedi
Sunt bona fortunæ materno parta labore
Ante patris fuerant illa relicta tui
Iccirco matri parebis corde fideli
Præsertim quando iusserit illa tibi
Hisce igitur factis poteris retinere trophæum
Virtutis:quæ te tollet ad astra uirum.
Vince tuos priscos:qui tanto nomine uiuunt
Vinces si musis te modo præbueris
Non satis est notæ proauorum incubere famæ
Et dici claro sanguine natus ego
Turpius hoc dicto non noui lædit ouantem
Si credis Nautæ fama aliena tuo
Sponte sed id facies moneant cũ facta parentũ
Astraq; sic iubeant omnia nota poli
Tunc ego maiori perstringam carmina plectro
Et forsan capiti laurea serta geram
Interea fœlix dum crescis molibus annis
Arcadici stulti carmina nostra legas
Finis.


BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE XV

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.13